

**„NOS JUDEX ET JURATI, CETERIQUE CIVES
OPPIDI MISKOLCZ...”**

**MISKOLC MEZŐVÁROS ÁLTAL A KÖZÉPKORBAN KIADOTT
OKLEVELEK***

TÓTH PÉTER

A késő középkori mezővárosokban a sokrétű ügyintézés viszonylag fejlett írásbeliséget követelt meg, s ennek az írásbeliségnek köszönhetjük a mezővárosok vezetősége által vagy nevében kiadott okleveleket. Ezek (hely)történeti értékeire nem kell külön felhívni a figyelmet, a kutatók mindig is igyekeztek összegyűjteni e kiadványokat és hasznosítani a bennük található adatokat.¹ A teljességre törekvő gyűjtés azonban csak most lett lehetséges, miután megtörtént a Magyar Országos Levéltár őrizetében lévő oklevelek és oklevél-fényképek közzététele.²

A középkori Miskolc vezetősége által kiadott és fenn is maradt oklevelek száma más, hasonló mezővárosokhoz képest viszonylag magas: 25 darab. Ezek közül 2 missilis, a többi bizonyáglevél a tanács előtt elhangzott vallásokról. Az utóbbiak közül 1 viszonylag részletes, közel egykorú tartalmi kivonat, 1 pedig elveszett, csak a palliumon olvasható rövid kivonatát ismerjük. A legtöbb oklevél a pálos levéltárakban maradt fenn (7 darab), illetve a Bárczay család levéltárában (4 darab) és a Döry család levéltárában (3 darab). Úgy tűnik azonban, hogy ez az utóbbi szám bővíthető: az eredeti levéltári jelzetekből joggal következtethetünk arra, hogy az úgynevezett Bristow gyűjteménybe, amelyet 1982-ben vásárolt meg a Magyar Országos Levéltár és amely szintén 3 miskolci kiadványt tartalmaz, szintén a Döry család levéltárából kerültek ezek az oklevelek.

A jelen forráskiadás az általánosan alkalmazott szabályok szerint írja át a Miskolc város előljárósága által kiadott okleveleket. A rongáltság vagy egyéb okok miatt olvashatatlan részeket (amelyeket egyébként a lehetőségekhez képest igyekeztem pótolni), az egyéni helyesírású, bizonytalan olvasatú vagy eltévesztett szavakat a szokásos módon jelölöm. A jegyzetekben csak a szövegekkel kapcsolatos észrevételekre hívtam fel a figyelmet. Ezek után lássuk magukat az okleveleket.

* A tanulmány a TÁMOP-4.2.2/B-10/1-2010-0008 jelű projekt részeként – az Új Magyarország Fejlesztési Terv keretében – az Európai Unió támogatásával, az Európai Szociális Alap társfinanszírozásával valósult meg.

This work was carried out as part of the TÁMOP-4.2.2/B-10/1-2010-0008 project in the framework of the New Hungarian Development Plan. The realization of this project is supported by the European Union, co-financed by the European Social Fund.

¹ Az ő korában ismert, a Magyar Országos Levéltár őrizetében lévő és a pálos rend levéltáraiból származó miskolci okleveleket néhány mással együtt Szendrei János adta ki a várostörténeti monográfiájához készített forrásgyűjteményében (Oklevéltár Miskolcz város történetéhez. Miskolcz város története és egyetemes helyirata. III. kötet. Miskolcz, 1890.) A pálos rend levéltáraiban fennmaradt oklevelek kivonatait Bándi Zsuzsanna jelentette meg (Északkelet-magyarországi pálos kolostorok oklevelei. Borsodi Levéltári Évkönyv, V. Miskolc, 1985, 557–725.)

² <http://mol.arcanum.hu/dldf/opt/a110505htm?v=pdf&a=start>

1.

Arnoldus iudex, Thomas filius Lucasi, Egidius Faber, Mathias de nova civitate, Nicolaus Sartor iurati de Miskolch significamus tenore praesentium universis, quibus expedit, quod vir religiosus frater Gregorius prior fratrum heremitarum claustrum Sacratissimi Corporis Christi super castrum Dyosger fundati in sua, suorumque fratrum personis in praesentia nostra constitutus proposuit, quod Johannes filius Kiliani concivis noster de platea Fabiani dum in extremis suis vitam ageret, compos vero mentis suae existens inter cetera sua saluberrima dispositione quandam vineam suam super montem Sancti Georgii martyris, in territorio praedictae civitatis Miskolch, in vicinitate vineae Johannis Petri et Egidii Fabri iurati situatam legasset praedicto claustrum et per consequens fratribus in eodem Deo iugiter famulantibus, tali tamen conditione mediante ac domina coniuge sua consentiente, ut praedicta domina consors sua praefatam vineam quamdiu vitam in humanis degeret³ eam absque omni contradictione libere possideret. Nos vero super hoc volentes magis certificare, accersitis⁴ viris discretis domino Petro filio Chatov sacerdote et confessore iam dictae dominae, Johanne filio Ivanca, Nicolao filio Petri, Petro de Zemien civibus nostris, Petro dicto Bano et Andrea fratribus eiusdem dominae et aliis civibus nostrae civitatis, pleniusque ab eisdem super huiusmodi negotio informari, praedictam vineam absque alicuius litis motione et disceptatione, ulloque contradicente eidem claustrum et per consequens praedictis fratribus assignavimus, statuimus in perpetuum et irrevocabiliter possidendam et habendam, prout idem Johannes concivis noster una cum sua coniuge in suarum animarum remedium legaverat, decreverat atque contulerat. In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem praesentes nostrae civitatis sigilli munimine fecimus consignari. Datum in dicta Miskolch, feria tertia proxima post octavas⁵ Epiphaniarum Domini, anno Domini M-mo CCC-mo LXXVI.

Eredeti, hártya, a hátoldalon rányomott pecsét helyével, valamint későbbi tartalmi kivonattal és levéltári jelzettel. Jelzete: MOL. Dl. 6328. sz. Korábbi jelzet: A Magyar Kamara Archívuma, Acta Paulinorum (Q. 312.) Diósgyőr, fasc. 6. nr. 1. Kiadása: Szendrei János, 1890. 39. sz. Regeszta: Bándi Zsuzsanna, 1985. 564. p.

2.

Nos Stephanus Bakus iudex, Petrus Sartor et Symon Sach iurati, ceterique cives et universi hospites de Miskolch. Ne ea, quae geruntur in tempore, simul labantur cum tempore, provida omnium sagacitas advenit, ut rerum gestarum series reducantur in scripturis pro rerum memoria sempiterna. Proinde significamus tenore praesentium, quibus decet et licet praesentibus pariter et futuris, harum notitiam habituris, quod Benedictus Mezes concivis noster una cum filiis et heredibus suis ab una, parte vero ab altera viri religiosi et Deo devoti, videlicet fratres heremitarum de ordine Sancti Pauli primi heremitaie in claustrum Beatissimae Virginis Mariae in Lad⁶ commorantes et existentes non coacti, nec compulsi ad

³ Az eredetiben nyilvánvaló tollhibából: detegeret.

⁴ A szó betoldás a sor fölé.

⁵ Az eredetiben tollhibából: octavarum.

⁶ Ez a két szó betoldás a sor fölé.

nostram accedentes praesentiam, per eundem Benedictum chospitem nostrum extitit propositum sponte et relatum, quod ipse quandam vineam suam in promontorio et territorio montis Maly situatam et adiacentem, cui a parte meridionali vinea dictorum fratrum heremitarum, a parte vero occidentali nemus et lucus regiae maiestatis, ut partes asseruerunt, vicinantur, ipsum jure hereditario tangentem cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis eiusdem universis pro allegatis fratribus heremitarum ordinibus [!] in praedicto claustrum Beatae Virginis Mariae de Lad existentibus praesentialiter et ad futurum convenientibus, permanereque intentibus pro viginti septem florenis centenariis ab eisdem plene et integre rehabitis et persolutis dedissent et vendidissent ac coram nobis dederunt et vendiderunt in suos successores jure perpetuo et irrevocabiliter possidendam, tenendam pariter et habendam, nullo penitus contradictore apparente. Nichilominus assumptentes idem Benedictus Mezes temporum in processu et sui heredes ab omnibus impedire et molestare conantibus expedire propriis laboribus et expensis, ad quod se idem Benedictus et sui heredes coram nobis obligaverunt voluntate. In cuius rei testimonium patentes literas nostras sigilli nostri autentico munimine roboratas eisdem fratribus heremitarum duximus concedendas. Datum in Miskolch, feria quarta proxima post octavam Beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno Domini M-mo CCC-mo LXXX-mo nono etc.

Eredeti, hártya, a szöveg alatt rányomott pecsét helye. A hátoldalon korabeli kézírással: Super vineam Mali. Emellett későbbi tartalmi összefoglalók és levéltári jelzetek. Jelzete: MOL. Dl. 7511. sz. Korábbi jelzet: A Magyar Kamara Archivuma, Acta Paulinorum (Q. 312.) Lád, fasc. 6. nr. 1. Kiadása: Szendrei János, 1890. 42. p. Regeszta: ZsO. I. kötet, 1092. sz. Bándi Zsuzsanna, 1985. 624. p.

3.

Nos Valentinus iudex de Miskoch, Nicolaus Bakos ac Albertus Kelemery iurati et universi cives de eadem memoriae commendamus tenore praesentium quibus expedit universis, quod religiosi viri fratres heremitarum Sancti Pauli primi heremitaie claustrum Sanctissimi Corporis Christi de Diwger ac Sancti Spiritus nostram venientes in praesentiam, allegantes proposuerunt fatentes in hunc modum. Quod condam Nicolaus Parvus noster concivis tempore suae aegritudinis sentiens se morte corporali praeveniturum licet corpore fuerit aeger, mente tamen per omnia sanus, inter alias dispositiones suas testamentales quandam domum suam nostri in medio, cui a parte orientali domus Stephani Thar, occidentali vero parte condam Petri Kenchel nostrorum concivium convicinantur, pro refrigerio ac remedio animae suae, suorumque proximorum praedictis claustris Corporis Christi et Sancti Spiritus perpetue legasset et hoc coram idoneis testibus petentes nos idem fratres, ut examinatis testibus, coram quibus praelibatus Nicolaus Parvus praefatum testamentum disposuisset et fecisset, in dominium et possessionem eiusdem domus annotatos fratres eisdem statuendo induceremus. Volentes itaque in propositionibus et dictis annotatos fratres certificare et magis ratificari testes, coram quibus praelibatum testamentum dinoscebatur fore et factum fuisse, nostri in praesentiam accersiri fecimus, quorum nomina inscribi fecimus: Nicolaus Georgii et alter Nicolaus Valentini, Andreas Kasiba dictus, Johannes filius Iwanka, Stephanus Bakos, Johannes Del, Valentinus Iudex, eosdemque ad conscientiam Deo debitam requisivimus, quomodo sciunt praescriptum testamentum factum fuisse, seriem et

formam eiusdem nobis referentes enodarent. Qui quidem testes unanimiter et concorditer ad conscientiam eorum Deo debitam fassi sunt et dixerunt, quod dum praelibatus condam Nicolaus Parvus, ut praemissum est, in lecto aegritudinis decumbens, bona a Deo sibi collata disponeret et legaret inter cetera domum suam loco praetacto [?] habitam filio suo Petro testamentaliter legasset, tali tamen conditione interserta, quod si praedictus condam Petrus filius suus Divina volente gratia proles et soboles generaret, quae eidem succederent, extunc domum et fundum praelibatum praenominatus condam Petrus, suus videlicet filius teneret et possideret et post mortem praelibati condam Petri sui heredes, heredumque suorum successores, si vero saepe dictus condam Petrus Nicolai prolium et heredum solatio privaretur, extunc post mortem eiusdem praelibata domus et fundus cum omnibus utilitatibus et pertinentiis ad praedicta claustra devolveretur. Nos itaque auditis fassionibus testium, veraque exequutione fratrum praescriptorum, domum seu fundum saepe dictum cum terris arabilibus, aliisque singulis et omnibus utilitatibus cum ad se pertinentibus jure perpetuo et irrevocabiliter, nullo penitus contradictore apparente, praelibatis Sacratissimi Corporis Christi de Dywsgewr ac Sancti Spiritus claustris statuimus, fratresque eorundem claustrorum in dominium praefixae domus inducentes, liberam facultatem committentes dedimus tenendi, possidendi, pariter et habendi et quovis modo a se alienandi. In cuius stationis et introductionis firmiorem veritatem et memoriam literas nostras privilegiales sigilli nostrae civitatis munimine roboratas dedimus et contulimus. Datum in Miskolch, Sabbato proximo ante Dominicam Ramispalmarum, anno Domini millesimo quadringentesimo decimo sexto.

Eredeti, hártya, a szöveg alatt rányomott pecsét helye. A hátoldalon korabeli kézírásokkal: Super quandam domum de Miscolcz és Super vineas et libertates earum. Emellett későbbi tartalmi kivonat, illetve levéltári jelzetek. Két újkori egyszerű másolat is található az eredeti oklevél mellett. Jelzet: MOL. Dl. 10 447. sz. Korábbi jelzet: A Magyar Kamara Archivuma, Acta Paulinorum (Q. 312.) Diósgyőr, fasc. 6. nr. 3. Kiadása (kisebb hibákkal) Szendrei János, 1890. 51. sz. Regeszta: Bándi Zsuzsa, 1985. 570. p.

4.

Nos Gregorius Kaytar iudex antiquae civitatis de Myskolcz, Johannes Pethew, Baltizar iurati, ceterique cives et hospites de eadem significamus tenore praesentium, quibus expedit universis, quod accedens nostram personaliter in praesentiam provida domina relicta Dominici Chernei Elizabit vocata ab una, parte vero ex altera providus vir Stephanus Sartor noster conc[is]is, per eandemque dominam Elizabit vocatam fassum fuit pariter et relatam ministerio vivae vocis isto modo, quod ipsa medietatem fundi sui [...] cui a parte orientis alia pars seu medietas eiusdem fundi praedictae dominae, occidentis vero fundus Gregorius So[...] vicin]antur, cum omnibus utilitatibus eiusdem medietatis fundi, utputa terris arabilibus, pratis, stabulo ac turri supra pa[...] eiusdem existenti, ac aliis utilitatibus eandem concernentibus, necnon uno orto, cui a parte meridionali via publica, septentrionali ortus Anthoni Chabay vicinatur, pro ducentis florenis monetae prius persolutis dedisset, vendidisset et contulisset praelibato Ste[phano Sar]tori et suis successoribus et heredibus universis, ymo coram nobis dedit, vendidit et contulit in

heredum per heredes iure per[petuo et i]rrevocabiliter tenendam, possidendam, pariter et habendam, nullo contradicente. In cuius rei testimonium, firmitatemque perpetuam pr[aesentes lite]ras privilegiales sigillo nostrae civitatis roboratas eidem pro ipsius iure fore duximus concedendas. Datum in eadem Miskolcz, feria secunda proxima ante festum Annuntiationis Mariae, anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo tertio.

Eredeti, kicsit sérült hártya, ép (?) függőpecséttel. A hátoldalon XVIII. századi tartalmi kivonat és levéltári jelzet. Jelzete: MOL. Dl. 83 665. sz. Korábbi jelzet: a Bárczay család levéltára (Q. 27.) fasc. XXXII. nr. 1.

5.

Nos Johannes Petew iudex veteris civitatis Miskolcz, Johannes Karlai, Stephanus Molitor iurati cives, necnon ceteri et universique cohospites de eadem damus pro memoria, tenoreque praesentium significamus, quibus expedit universis et singulis, quod honorabilis ac religiosus vir Jacobus abbas monasterii Sancti Benedicti in Tapolcza fundati quandam suam propriam et certam vineam in territorio praefatae Miskolcz, monteque Sancti Georgii habitam, in vicinitatibus vinearum proborum hominum, utputa a plaga orientali Anthonii Zombath et Andreae Kwn vero occidentali, una communis via necnon et a septemtrione convicinatur, ac unam portionem eiusdem vineae intersecat quaedam magna et communis via, cuius vicinae et collaterales sunt vineae proborum et circumsectorum hominum, utputa parte ab orientali Gregorii Pewlcz, vero occidentali Lucae literati, necnon a meridionali Jacobi Kathi, coram nonnullis hominibus et discretis viris, scilicet Vallentino decretorum doctore protunc plebano de Miskolcz, Michaele artium facultatis bacchalaureo protunc rectore scolae de eadem, tempore autem emannationis huius literae [!] plebano eiusdem Miskolcz, Urbano suo confessore, Osvaldo et Jacobo presbiteris claustris [!] Corporis Christi in Dyosgewr fundato testamentali titulo legasset modo tali, ut tertiam partem seu portionem eiusdem vineae praefato Urbano suo confessori legasset, cui tandem in divisione successit tertia pars a plaga Sancti Georgii, immo et ad scitum nostrum, praefatorum utputa iudicis et juratorum legavit et substituit modo praescripto, titulo testamentali perpetue et irrevocabiliter, insolubiliter parte ab omnium partium [?] tenendi, possidendi, pariter et habendi ac utendi facultatem harum literarum nostrarum patrimonii et testimonio mediante, sigillique nostrae civitatis munimine roboratarum, conditarum et confectarum. Scriptum in Miskolcz, die Dominico ante festum Sancti Georgii, anno incarnationis Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio.

Eredei, papír, a szöveg alatt rányomott pecsét maradványaival. A hátoldalon egykorú kéz írásával: Super vineam nostram in monte Sancti Georgii habitam. Emellett későbbi tárgymegjelölések és levéltári jelzetek is. Jelzete: MOL. Dl. 14 674. sz. Korábbi jelzet: A Magyar Kamara Archivuma, Acta Paulinorum (Q. 312.) Diósgyőr, fasc. 6. nr. 4. Kiadása: Szendrei János, 1890. 54. sz. Regeszta: Bándi Zsuzsa, 1985. 572–573. p.

6.

Nos Sebastianus Faber iudex veteris civitatis Miskolcz, Emericus Kazay et Simon Gombos iurati, ceterique cives et cohospites de eadem memoriae commendamus tenore praesentium quibus expedit universis, quod nostri venientes in praesentiam religiosi viri fratres heremitaie Sancti Pauli primi heremitaie regulam Beati Augustini professi, in claustro Pretiosissimi Corporis Christi prope Gewr fundato degentes ab una, altera vero partibus Gallus Johannis concivis de Pesth in personis dominarum Dorotheae coniugis suae et Elizabet, filiabus condam Nicolai filii condam Valentini Naagh concivis de Miskolcz, praetacti autem fratres nonnullos circumspectos viros coram nobis citaverunt ratione fassionis cuiusdam vineae in monte Sancti Georgii existentis, in vicinitatibus vinearum a parte meridionali citra viam magnam, quae fuit emptata per religiosum virum fratrem Jacobum abbatem de Thapolcza a circumspectis viris Paulo Zeremi et Andrea Chatar, uti ipsi soli fassi sunt, a parte vero occidentali, quae fuit emptata per discretum virum Osvaldum Baba dictum a circumspectis viris condam Paulo et Nicolao Palfy, hoc autem sunt fassae coram nobis domina Anna Palfi et altera Anna Koncz, quae vinea praedictis fratribus testamentaliter a multis temporibus retroactis per religiosum virum Jacobum abbatem de Thapolcza simulcum aliis partibus praedictae vineae legata extitisset, quam vineam per aliam vineam in interitorio [!] Zikzo existentem emptam, dum adhuc esset in vita seculari, praedictam vineam in monte Sancti Georgii habitam a discreto viro Osvaldo presbitero Baba dicto concambuisset, et hoc quamplurimi testes sunt fassi coram nobis, videlicet Sebastianus Barius, Gregorius Cassay et Gregorius Ombos, ymmo etiam quamplurimi fatebantur iurati. Insuper etiam praenominati fratres heremitaie volentes probare, quod praescripta vinea in monte Sancti Georgii existens fuisset vendita et alienata per circumspectos viros, videlicet Andream, Nicolaum et Franciscum filiorum [!] condam Valentini Naagh, necnon et dominam Annam Kench dictam pari voluntate, hoc autem saepenominati fratres per testes infrascriptos probaverunt, videlicet Benedictum Zaki, Lucam et Ladislaum Gombos, audiensque Gallus Johannis fassiones testium fratrum heremitarum, per dispositionem nonnullorum proborum virorum juratorum, ceterorumque cohospitum, ad talem deveniunt pacis unionem, ut idem Gallus Johannis in personis praedictarum dominarum fratres praedictos in praedicto claustro degentes in dominio vineae praedictae pacifice et libere permitteret. Ideo praedictus Gallus Johannis in personis praedictarum dominarum coram nobis libere et spontanee dictam vineam praedicto claustro prope Gewr fundato et per consequens fratribus heremitis in eodem claustro degentibus dedit et contulit perpetue possidendam, tenendam, pariter et habendam, tali vinculo etiam interposito, quod si quae partium ratione praedictae vineae aliquam actionis de praedicta vinea haberent motionem, extunc eo facto ante litis ingressum valorem dictae vineae deponere debeat et teneatur. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam literas nostras sigillo nostrae civitatis munimine roboratas praedicto claustro et per consequens fratribus in eodem degentibus duximus concedendas. Datum feria tertia ante festum Andreae apostoli, anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo.

Eredeti, hártya, a szöveg alatt rányomott pecsét maradványaival. A hátoldalon egykorú kéz írásával: Continentur literae super vineam in monte Sancti Georgii. Emellett más, későbbi tárgymegjelölések, illetve levéltári jelzetek. Jelzete: MOL. Dl. 15 297. sz.

Korábbi jelzet: A Magyar Kamara Archivuma, Acta Paulinorum (Q. 312.) Diósgyőr, fasc. 6. nr. 5. Kiadása: Szendrei János, 1890. 55. sz. Regeszta: Bándi Zsuzsa, 1985. 573. p.

7.

Nos Ladislaus Pankotha, Matheus Sali et alter Matheus Bechkhazy ac ceteri iurati cives et consules oppidi Miskolcz memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit universis, quod nostram personaliter veniens in praesentiam circumspexit et honestus vir Johannes Pethew dictus concivis et inhabitator oppidi Miskolcz antedicti, non coactus, nec compulsus, sed libera mente, spontaneaue sua voluntate, onera etiam et quaelibet gravamina tam filiorum, quam filiarum suarum et aliorum quorumlibet consanguineorum suorum, quos infrascriptum negotium concerneret in subnotandis, super se recipiens confessus est coram nobis in hunc modum. Quod quia ipse volens mutare terrena pro coelestibus, quandam vineam suam in monte Zentgergh in territorio et metis dicti oppidi Miskolcz sitam, existentem et habitam, in vicinitatibus a parte orientali vineae Mathei Sali, a parte vero meridionali vineae ecclesiae beati regis Stephani sitam et jacentem, tanquam verum et sincerum suum jus ipsum⁷ omnis [!] ordine concernens ob spem et devotionem, quam ipse ad sacratissimum et venerabile corpus Domini nostri Iesu Christi gerit, in perpetuam elimosinam clastro pretiosi Corporis Christi prope castrum Dyosgevr fundato et perconsequens religiosi fratribus heremitarum in eodem pro tempore degentibus, jugiterque Deo famulantibus dedit, donavit et jure perpetuo ascripsit, nullum jus, ullamve juris proprietatem in eadem sibipsum reservando, tali modo, ut integram culturam memoratae vineae ipsi fratres heremitae exercere tenebantur, fructuumque et proventuum quorumlibet directam et aequalem mediam partem ipsius vineae eidem Johanni Pethew dicti fratres heremitaee administrare et reddere debeant et teneantur, ipso tandem Johanne viam universae carnis ingrediente memorata vinea omni prorsus illo jure, quo per ipsum Johannem Pethew tenta et possessa extitisset et extitit, ad memoratum clastrum Sacratissimi Corporis Christi, praefatosque fratres heremitas condescendi et dirivari debeat, contradictione quorumlibet non obstante. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam praesentes nostras literas eisdem fratribus heremitis perpetue duximus concedendas. Datum secundo die festi Conversionis Beati Pauli apostoli, anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo primo.

Eredeti, a szöveg alatt rányomott pecsét maradványaival. A hátoldalon egykorú kézzel: Litera fassionalis [!] Johannis Petew de Miskolcz super vineam in monte Zentgergh habitam nobis in conventu Sacrosancti Corporis Christi pro elemosyna perpetua donata. – Ezenkívül egyéb, a tartalmat illető későbbi feljegyzések. Jelzete: MOL. Dl. 15 547. sz. Korábbi jelzet: A Magyar Kamara Archivuma, Acta Paulinorum (Q. 312.) Diósgyőr, fasc. 6. nr. 7. Kiadása: Szendrei János, 1890. 56. sz.

⁷ Ez a szó betoldás a sor fölött.

8.

Nos Andreas Kwn iudex, Demetrius Molendinator, Valentinus Ffazokas, ceterique jurati cives oppidi Miskolcz memoriae commendamus per praesentes, quod honesta domina Elena vocata, relicta condam Blasii Warro de Miskolcz coram nobis personaliter constituta libera mente, spontaneaue sua voluntate confessa est et retulit in hunc modum. Quomodo ipsa volens terrena mutare pro coelestibus, quamobrem licet antea ipse condam Blasius Warro dictus, dominus et maritus memoratae dominae Elenae quandam directam et aequalem medietatem vineae suae in monte de Chaba, in vicinatatibus a parte Miskolch Thomae Chege, ex altera vero parte Gregorii Sartoris existentem et habitam in perpetuam elemosinam claustro praetiosi et sacratissimi Corporis Domini nostri Ihesu Christi in Dyosgewr fundato et per consequens religiosis fratribus heremitis in eadem [!] pro tempore degentibus, jugiterque Deo famulantibus dederit et perpetuo jure ascripserit, sic et eodem modo et ipsa domina Elena consors eiusdem Blasii aliam directam et aequalem mediam partem eiusdem vineae praenotato claustro Corporis Christi, fratribusque heremitis supra specificatis sic et isto modo [don]avit et coram nobis ascripsit, ut vita sibi scilicet dominae Elenae comite universos et quoslibet labores ipsius vineae dicti fratres he[remitae ...] ipsorum expensis perficere et expedire teneantur, ipsique dominae Elenae relictae Blasii dumtaxat quartam solummodo partem proventuum et f[ructuum] eiusdem vineae dare teneantur, ipsaque domina Elena in Dei nomine viam universae carnis ingrediens, memorata vinea pure et sim[plici]ter, inhibitione et contradictione quorumlibet non obstante in praedictum claustum, fratresque heremitas praedicti claustri pure et simpliciter cum cunctis et quibuslibet suis utilitatibus et utilitatum integritatibus, omni prorsus illo jure, quo per ipsos condam Blasium Warro et dictam dominam Elenam tenta et possessa extitisset, redigatur et devolvatur, nullum jus, ullamve juris proprietatem in eadem pro se aut eorum successoribus quibuscunque reservando. In cuius rei perpetuam firmitatem et corroborationem praesentes nostras literas munimine nostrae civitatis corroboratas praenotatis fratribus heremitis duximus concedendas. Voluit etiam dicta domina Elena et communi voluntate licuit atque placuit ipsis fratribus heremitis, quod si aliqui patrum vicariorum aliquomodo istam dispositionem quocunque quaesito colore vellet et niteretur retractare, extunc mox et statim ipsa eadem directa et aequalis medietas vineae antedictae cum omnibus suis utilitatibus cew pertinentiis ad ipsam dominam Elenam omni prorsus illo jure, quo per ipsam tenta extitit, redigatur et devolvatur. Datum in Miskolcz, die Dominico infra octavas Ascensionis Domini, anno Eiusdem Domini⁸ millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo.

Eredeti, hártya, amely a hajtogatások mentén egy helyütt kiszakadt, a szöveg alatt rányomott pecsét kis maradványaival. A hátoldalon egykorú kézzel: Literae civitatis de Miskolcz super vineam Blasii Warro in territorio Cczaba custodiar[...] Ezenkívül későbbi tárgymegjelölések. Jelzete: MOL. Dl. 15 731. sz. Korábbi jelzete: A Magyar Kamara Archivuma, Acta Paulinorum (Q. 312.) Diósgyőr, fasc. 2. nr. 7. Regeszta: Bándi Zsuzsa, 1985. 575. p.

⁸ Ez a szó ki van húzva a szövegből.

9.

Nos Andreas Kwn iudex veteris civitatis Miskolcz, Simon Dankfy, Albertus Blasii iurati, ceterique cives de eodem Miskolcz memoriae commendamus, quibus expedit universis et singulis harum notitiam habituris, quod providus vir Petrus Miskolczy ab una, parte vero ex altera relicta Pauli Zeremi Dorothea nuncupata, per eandem dominam relictam Pauli Zeremi in hunc modum extitit propositum et relatum, quod florenos centum, quibus idem Petrus dictus ratione emptionis cuiusdam fundi in vicinitatibus virorum providorum existentis et habiti a parte orientali relictæ Petri Bana [?] occidentali vero dominae Luciae coniugis Thomae Ollipar, solvere tenebatur, plene et integre eidem dominae relictæ Pauli persolvisset, ymo coram nobis satisfecit et persolvit, spondens nichilominus eadem domina relicta Pauli Zeremi tam filiorum, fratrum ac consanguineorum generaliter cunctorumque sui ipsius in personis eundem Petrum Miskolczy, suosque heredes, heredumque successores in dominio dicti fundi ab omnibus impeditoribus et impedire volentibus propriis eius laboribus et expensis tueri, expedire et defensare secundum consuetudinem nostrae civitatis ab antiquo consuetam. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam literas nostras patentes sigili nostrae civitatis munimine roboratas ad fassionem dominae Dorotheae relictæ Pauli Zeremi eidem Petro Miskolczy duximus concedendas. Datum in Miskolcz, Dominica, qua cantatur Misericordia Domini, etc. anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono.

Eredeti, hártján, amelynek alsó része, ahol a rányomott pecsét volt, leszakadt. A hátoldalon kicsit későbbi kéz írásával: Misjkolczy polgharok kezeot való dologh. Továbbá tartalmi összefoglaló és levéltári jelzet (fasc. XXXII. no. 2.) Jelzete: MOL. Dl. 83 780. sz. Régi jelzet: a Bárczay család levéltára (Q. 27.) fasc. XXXII. nr. 2.

10.

Nos Blasius Golopi et Ladislaus Desw, necnon Symon Pap iurati, ceterique cives et hospites in opido Myskolcz commorantes memoriae commendamus tenore praesentium significantes universis et singulis omnibus, quibus incumbit per praesentes, quod veniens nostri in praesentiam honorabilis et discretus dominus Nicolaus plebanus de Kerestwr in sua ac egregii Stephani dicti Kowach capitanei gentium serenissimi principis domini, domini Mathei [!] Dei gratia regis Hungariae, Bohemiae, etc. in persona ab una, parte siquidem ab altera Petrus dictus Myskolczy in eadem Myskolcz commorans, idemque Petrus Myskolczy onera et quaelibet gravamina filiorum, filiarum, necnon omnium heredum et consanguineorum suorum in se assumens, similiter praefati domini exponentes, videlicet dominus Nicolaus et egregius Stephanus dictus Kowach onera et quaelibet gravamina omnium heredum et consanguineorum in se ipsos levantes, quaelibet pars oraculo vivae vocis confessi sunt, pariterque et relati, quod ipsi in fundis eorum talem inter se concambium seu mutationem fecissent perpetue duraturum, quod praefatus Petrus Myskolczy praedictis exponentibus, videlicet domino Nicolao et Stepahano dicto Kowach fundum suum in teatro opidi Myskolcz aedificatum, in vicinitatibus Barnabae Basy a parte orientali, seu relictæ condam Thomae Fazokas ab occidentali parte situatam seu aedificatam [!] dedisset et concambuisset, similiter praenominati exponentes, videlicet

dominus Nicolaus et Stephanus Kowach praenominato Petro Myskolczy dicto dedissent et concambuissent unum fundum suum in praefato opido Myskolcz existentem in vicinitatibus Blasii Golopy protunc iudici [!] a parte orientali et Petri Kerestwri dicti a parte occidentali situatam seu aedificatam, alternatim concambuissent seu mutassent cum cunctis suis utilitatibus ad eas domus de jure et ab antiquo spectare debentibus, jure perpetuo et irrevocabiliter, in filios filiorum, heredesque per heredes, sub tali tamen dispositione, quod ex quo domus praetitulati Petri Myskolczy plus competens, seu statutae depositionis aptior, seu amoenior videre dinoscebatur, tunc idem exponentes, videlicet dominus Nicolaus et Stephanus Kowach praetitulato Petro citra domum suam dedissent et assignassent triginta florenos auri puri et justii ponderis, ut dicebant, ab eisdem plene et integraliter receptos et levatos, ymo praefati exponentes alternatim fundos ipsorum concambuissent et mutassent jure perpetuo, cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis et irrevocabiliter possidendos, tenendos, pariterque et habendos in filios filiorum, heredumque per heredes, nullo penitus contradictore. In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem literas nostras privilegiales sigillo nostro munimine roboratas duximus concedendas. Datum in oppido Myskolcz, in vigilia Sanctae Trinitatis, anno Domini millesimo quadingentesimo septuagesimo octavo.

Eredeti, a szöveg alatt rányomott pecsét maradványaival. A hátoldalon XVI. századi kéz írásával: Chere lewel valam haz helek felwl, Myskolchon kyk vadnak. – Ezenkívül XVIII. századi levéltári jelzet és tartalmi összefoglaló. Jelzete: MOL. Dl. 83 828. sz. Régi jelzet: a Bárczay család levéltára (Q. 27.) fasc. XXIII. nr. 3.

11.

Nos Georgius Sarlay iudex veteris civitatis Myskolcz, Michael Kombus et Thomas Bontha iurati, ceterique cives de eadem memoriae commendamus praesentium tenore significantes, quibus expedit universis, quod Petrus Myskolczy pro se personaliter, onus vero fratrum, filiorumque ac aliorum quorumlibet consanguineorum, quos praesens factum concerneret, super se asumens, coram nobis constitutus, dixit et proposuit in hunc modum. Quod ipse medietatem cuiusdam sessionis vulgo thelek⁹ patrimonialiter in eum revolutam videlicet a Stephano Zabo, cui a parte occidentali honestae dominae Luciae relictae condam Thomae Fazokas et a parte orientali domus eiusdem Stephani Kowacz vicinantur, cum singulis suis utilitatibus ac pertinentiis dedisset, vendidisset et assignasset eidem Stephano Kowacz belliductori stipendiatorum regiae maiestatis, heredibusque eorum et posteritatibus universis pro uno floreno auri ac octo ulnis pannorum, quem scilicet florenum ac pannum antedictus Petrus Myskolczy plene ab eodem sublevavit, jure perpetuo et irrevocabiliter, nullo penitus contradictore apparente. Assumens nichilominus praefatus Petrus Myskolczy praefatum Stephanum Kowacz,¹⁰ ipsorumque heredes et posteritates contra quoslibet impeditores in pacifico¹¹ medietatis dictae sessionis vulgo thelek tenere, protegere atque conservare suis propriis laboribus et expensis. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam praesentes literas nostras privilegiales sigilli nostrae civitatis munimine roboratas eidem Stephano Kowacz, heredibusque universis duximus concedendas.

⁹ A „vulgo thelek” kifejezés beszúrás a sor fölé.

¹⁰ A vezetőknév tollban maradt, és az oklevél írója utóbb írta be a két sor közé.

¹¹ Tudniillik dominio: ez a szó is tollban maradt.

Datum in Miskolcz, feria sexta ante festum Trinitatis, anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo.

Az írás alatt rányomott pecsét helye. A hátoldalon egykorú kézzel: Petri Miskolchy super medietatem fundi vulgo telek Stephano Kowach. Jelzet: MOL. Df. 254 458. sz. Korábbi jelzet: az Erdélyi Múzeum Egyesület egykori levéltára: a Vécsey család oklevelei (U. 504.) fasc. 3. nr. 242.

12.

Nos Georgius Sarlay iudex veteris civitatis Miskolcz, Michael Kombus, Thomas Bontha iurati, ceterique cives de eadem memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit universis, quod providi ac circumspetti Petrus Thoth et Simon literatus de Thwri unacum coniuge sua, filia condam dominae Katherinae relictæ condam Philippi Judicis, Ursula vocata pro se ipsos personaliter, onera vero filiorum, fratrum ac aliorum quorumlibet consanguineorum suorum, quos praesens factum concerneret, super se levantes seu assummentes, per eosdem vero sponte propositum extitit et relatam. Quomodo ipsi inter se de universis rebus praefatae condam dominae Katherinae relictæ condam Philippi Judicis dicti talem fecissent divisionem, ita quod domus eiusdem dominae Katherinae relictæ in corpore huius civitatis, cui a parte orientali domus Mathei Saly, ab occidentali vero domus domini abbatis vicinantur, ipsi Petro Thot, filio praedictæ dominae Katherinae successisset, quam eadem domina Katherina relictæ adhuc in vita sua in sede nostra iudiciaria coram nobis testamentaliter eidem Petro Thoth, filio eius legaverat ita, ut nemo idem [!] Petrum dictum propter eadem domo molestare valeat atque possit, respectu cuius domus ipsi Simoni literato unacum coniuge sua Ursula vocata vinea in monte Babomercz, in vicinatis vinearum a meridionali vinea Petri Gewry, a septentrionali vinea Barnabae Bosy existens devenisset, quam etiam eadem domina Katherina relictæ saepefata coram nobis testamentaliter eidem videlicet Simoni literato praedicto simulcum sua coniuge legaverat. Praeterea una terra extirpata in territorio huius civitatis Forrasewlge vocato, cui a parte meridionali terra relictæ Francisci Umbus, a parte vero septentrionali ecclesiae Sancti Stephani regis vicinantur, ad decem jugera contendens, dimidietas eiusdem, scilicet quinque jugera ipsi Petro Thoth successisset et altera dimidietas ipsi Simoni literato devenisset. Insuper ipsi, videlicet Petrus et Simon literatus cum sua coniuge ratione omnium divisionum ex parte rerum universarum mobilium et immobilium praefatae dominae Katherinae relictæ inter ipsos existentium quietos se mutuo reddidissent et commisissent expeditos, ymmo quietos reddiderunt et commiserunt expeditos coram nobis¹² pariter et absolutos. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam praesentes literas nostras privilegiales sigilli nostrae civitatis munimine roboratas eidem Petro Thot, heredibusque universis duximus concedendas. Datum oppidi [!] Miskolcz, in vigilia Nicolai confessoris, anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo.

¹² Ez a két szó utólagos betoldás a sor fölött.

Az írás alatt rányomott pecsét töredékeivel. A hátoldalon későbbi levéltári jelzet: Ad fasc. 53. NB. no. 1849, illetve egy másik is: sub A1-a. fasc. I. no. 3. Jelzete: MOL. Dl. 107 799. sz. Korábbi jelzet: Bristow gyűjtemény (Q. 418.) 1982. 1421.

13.

Nos Martinus Kerezthwry iudex, Petrus Zabo, Blasius Mathee iurati, necnon universitas civium et hospitem divitum et pauperum de Myskolcz ad universorum tam praesentium, [quam in] futurorum notitiam harum nostrarum literarum serie volumus pervenire, quod quia egregio domino Stephano Kowach de Chaba magistro rotarum [...] regiae maiestatis unam capellam ad laudem et honorem Assumptionis Beatissimae Virginis Mariae ad latus ecclesiae nostrae parochialis Sa[ncti] Stephani regis a parte septentrionali seu civitatis construere, fundare, aedificare ac reformare et ex propriis suis bonis per ipsum acquisitis bene et [utiliter ...]are et dotare pro refrigerio animae suae unacum honorabili domino Michaeli de Themeswar artium liberalium facultatis bacchalaureo, nostro scilicet plebano, qui ab in[...] fundamento ecclesiam nostram Sancti Stephani regis cum praefata capella una nobiscum construere et aedificare inceperat, pari voluntate concordiali [...] et unanimiter dedimus, donavimus et contulimus, ipse autem egregius dominus Stephanus Kowach de praefata Chaba eandem capellam pro honore Assumptionis Beatissimae Virginis Mariae cum propriis suis pecuniis per ipsum acquisitis bene et utiliter fundavit, aedificavit ac ornavit, tectura videlicet lapidea tegendo, fenestris vitreis cum ferreis, altare in eadem construendo pro honore praefatae Assumptionis benedictae virginis Mariae et dotavit idem altare duabus casulis cum suis omnibus attinentiis et apparatus, libro uno, videlicet Missale et calice ad cultum Divinum, et insuper duabus vineis valentibus florenos centum et sedecim, quarum una Perselth vocata inter vineas Blasii Hewessy de Myskolcz ab orientali et Omnium Sanctorum a meridionali partibus, ac altera Harazthrayaro penes vineam Beatae Virginis in territorio et intra metas possessionis Chaba praefatae [Chaba]¹³ adiacentibus, uno macello inter alia macella a parte teatri, a finali macello in ordine tertio, ac medio molendino duarum rotarum in Myskolcz existentis et habitis eandem capellam saepedictam ad v[...]m et ad usum rectoris eiusdem capellae dotare curavit, ideo nos rectoratum, seu collationis et donationis auctoritatem rectoratus eiusdem capellae [egreg]io domino Stephano Kowach de Chaba et per ipsum suis heredibus et posteris eorum universis plenarie etiam de novo et de praesenti unacu[m ...] praefati honorabilis domini Michaelis nostri plebani dedimus, donavimus et contulimus, ymmo auctoritatem collationis et donationis eiusdem rectoratus cape[llae ... Ste]phano et per ipsum suis heredibus et posteris universis damus, donamus et conferimus praesentium per vigorem. In donationis etiam et collationis ac[...] auctoritate eiusdem capellae ipsum egregium dominum Stephanum Kowach et suos heredes et posteritates universos contra quoslibet impeditores [...] tuemus, hoc tamen expresso, quod si post mortem et tumulationem ipsius egregii Stephani Kowach heredes et posteritates ipsius [...] Divina dispositione defecerint, quos praesens negotium seu collationis et donationis auctoritas iudice cernet, extunc volumus collationem [et] donationem capellae, seu rectoratum eiusdem revolvam ad nos et nostros filios. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam praesentes literas nostras munimine

¹³ Ezt a véletlenül másodszor is ide írt nevet utólag törölte a jegyző.

civitas nostrae sigilli roboratas duximus concedendas. Datum in Miskolcz, feria sexta post festum Sancti Johannis Baptistae, anno Domini millesimo quadringentesimo octoagesimo nono.

Paulus de Kamancz
in hiis notarius

Eredeti, a szöveg alatt rányomott pecsét helyével. Az oklevél a hajtogatások mentén erősen rongált. A hátoldalon későbbi tartalmi összefoglaló, illetve levéltári jelzet. Jelzete: MOL. Dl. 83 949. sz. Régi jelzet: a Bárczay család levéltára II. (Q. 27.) fasc. XLIV. nr. 2.

14.

Nos Martinus Kerezthwry iudex veteris civitatis Miskolcz, Benedictus Wincze, Petrus Zabo iurati, ceterique cives et hospites de eadem memoriae commendamus tenore praesentium quibus incumbit universis, quod providus Philippus Basy dictus simul cum suo fratre natu maiore, Oswaldo videlicet Bana dicto de Miskolcz ab una, parte vero ab altera providus [...] Matheus Molnar dicto de Tapolcza sese personaliter coram nobis conferentes, per eundem Philippum Basi et suum fratrem Oswaldum Bana spontanea ac libera voluntate eorum una voce propositum et confessum extitit coram nobis in hunc modum. Quomodo ipsi pari ac unanimi voluntate dimidiam seu mediam partem suae domus in theatro existentem unacum omnibus suis utilitatibus et apertinentiis, in vicinatis domorum ab orientali Michaelis institoris, occidentali vero partibus Martini similiter institoris sitam et fundatam praefato Matheo Molnar dicto de Tapolcza dedissent, vendidissent ac a se alienassent [pro] septuaginta florenis plenarie persolutis et levatis jure perpetuo irrevocabiliter tenendam, possidendam, pariter et habendam in filios filiorum, heredumque per heredes et quovismodo a se alienandi liberam habeat facultatem, immo coram nobis¹⁴ dederunt, vendiderunt ac a se alienaverunt modo sub praemisso, nullo contradictore apparente, assumens insuper saepe dictus Philippus cum suo fratre Oswaldo, ut ipsum Matheum Molnar dictum et omnes eius posteritates contra quoslibet legitime impeditores in pacifico et quieto dominio dictae medietatis domus propriis eorum expensis et laboribus tenerent, conservarent ac defenderent. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam nostras literas privilegiales sigilli nostrae civitatis munimine roboratas et consignatas eidem Matheo Molnar dicto de Tapolcza duximus concedendas. Datum in dicto Miskolcz, feria quarta, in die videlicet Beati Ambrosii confessoris, anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo.

Eredeti, a szöveg alatt rányomott pecsét helyével. A hátoldalon: Pro f[...] lapidea. A rossz minőségű fotók néhol nehezzé teszik a pontos olvasatot. Jelzete: MOL. Df. 252 619. sz. Korábbi jelzet: az Erdélyi Múzeum Egyesület egykori levéltára: a Gyulay-Kuun család levéltára (U. 491.) sz. n.

¹⁴ Ez a szó utólagos betoldás a sor fölé.

15.

Anno 1493. Sexto die ante festum Beati Georgii.

Accorda coram iudice et juratis civibus veteris oppidi Miskolcz inter honestam dominam Sophiam relictam viduam providi Simonis Dankfy concivis sui, ac Benedictum litteratum filium eiusdem, eiusque carnales inita, quoad sopitam causam ex testamento praefati Simonis Dankffy, quo unam vineam in oppidi Miskolcz promontorio Nagy Csermőke vocato, in vicinia Georgii Hidegh existentem cum certa camerula in fundo domus suae stante usque dies vitae ipsi legavit, per eundem Benedictum coram parcho loci et vice archidiacono praerectam, ipsiusque vineae ad liberam dispositionem factam praenotatae novercae resignationem.

Sub A1-a. fasc. I. no. 5.

Maga az oklevél elveszett, csak a XVIII. században a palliumára irt tartalmi kivonat maradt fenn. Jelzete: MOL. Dl. 107 803. sz. Korábbi jelzet: Bristow gyűjtemény (Q. 418.) 1982. 1421. sz.

16.

Nos Gregorius Olayws iudex de Myskolcz, Gallus Myzarws, Petrus Pankotha iurati, ceterique cives et consules de eadem damus pro memoria praesentium tenore significantes universis, quibus incumbit, quomodo providus vir Thomas Philep dictus ab una, parte vero ex altera honestae dominae Agatha, Clara et Dorothea Dobo cognominatae coram nobis personaliter constituti fassi sunt et ministerio vivae vocis significare curaverunt per hunc modum. Quod ipsae jam dictae dominae unam vineam ipsarum in territorio praedictae civitatis Myskolcz, super monte Agazath vocato et in vicinitate ab aquillone Dionisii Dobo, ab oriente vero Lucae Thwry habitam et existentem, hereditarie ab Agnetha, matre videlicet earum ad se ipsas condensam praedicto Thomae Phylep pari voluntate dedissent, vendidissent ac contulissent pro florenis IX plenarie persolutis, ymo dederunt et vendiderunt dictam vineam coram nobis ipsi Thomae jure perpetuo et irrevocabiliter in filios filiorum tenendam, possidendam, pariter et habendam, nullo penitus contradictore apparente. Et licet ratione et praetextu dictae vineae lis et contentionis materia inter Agatham et Claram ab una, parte vero ex altera inter Dorotheam coram Martino Keresthwry iudice protunc huius civitatis mota fuisset propter tertiam partem vineae, cum hereditarie Johannem filium Michaelis Dobo concernisset, quae quidem tertia pars vineae adiudicata fuisset Dorotheae hoc modo, quod eadem Dorothea dictam vineam libere possit vendere et puerum, videlicet Johannem educare et nutrire teneatur. In cuius rei memoriam praesentes fieri fecimus sigilli nostrae civitatis appensione munitas. Datum ex Myskolcz, feria sexta ante octavam Epiphaniarum, anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto.

Eredeti, a szöveg alatt rányomott pecsét helye. A hátoldalon korabeli kézírással: Emptio vineae super promontorium Agazat. (Ezenkívül későbbi levéltári feljegyzések is: Sub numero 159: Revisae in exmissione articulorum. Sziget, 10. Junii 1709.

Extraneorum 1495.) Jelzete: MOL. Dl. 86 715. sz. Régi jelzet: a Teleki család gyömrői levéltára (Q. 190.), extranea.

17.

Nos iudices et iurati, ceterique cives civitatum utrarumque de Miskolcz ac victrices ecclesiarum parochialium de eadem memoriae commendamus, quod magnificus Gabriel Staniol, scribanus et aulicus sacrae reginalis maiestatis, dominae nostrae naturalis nobis gratiosissimae circumspectum condam Simonis Pap dicti, concivis nostrae [!] bonae memoriae domorum nostrorum in medio habitatum equalem partem mediam et lapideam et consimiliter medietatem de frugibus in terris arabilibus anno praesenti procreatis et per dictum Simonem Pap seminatis, item unum integrum et plenum vas vini et alium medium unacum paucis debitis praenotato Simoni Pap per certos debitores obligatis et ad dictam maiestatem per mortem illius rite et legitime devolutis et condescens in persona et autoritate praetactae maiestatis eidem per suam maiestatem in hac parte concessa et attributa nostris ecclesiis parochialibus praetactis sub titulo et honore Beatae Virginis Mariae ac Sancti Stephani regis in praefatis civitatibus, nostrique medio fundatis et aedificatis pro eiusdem maiestatis praetactae statu et salute ac suorum carorum animis defunctorum pro refrigerio dedit, contulit et consignavit pro dono et elemosina salutari ad utilitatem earundem ecclesiarum per nos conservando et erogando, praesentium harum [literarum nostrarum, sigillo nostrae communitatis subimpresso communitarium et roboratarum]¹⁵ vigore et testimoniis mediantibus, et pro tanto dono et elemosina tam salubri dictae maiestatis unanimiter humiles et devotas habemus, agimusque et referimus gratiarum actiones. Datum in Miskolcz praetacto, feria secunda proxima ante festum Nativitatis Virginis Gloriosae, anno Domini millesimo quadragesimo nonagesimo septimo. Paria¹⁶ literarum sigillatarum.

A külzeten egykorú kézírással: Paria literarum Simonis Pap, domus ad reginalem maiestatem legitime condescendentes eadem reginalis maiestas pro refrigerio animae suae oppidanis donavit, super quas novas donationes a sacra caesarea regiaque maiestate petimus humillime. Ugyanott, későbbi kézírással: N. 24. Paria literarum Simonis Pap, quod domus ad reginalem maiestatem condescensa eadem reginalis maiestas pro refrigerio animae suae oppidanis donavit. Anno 1497. Ad miscellanea. Jelzet: MOL. Dl. 20 606. sz. Régi jelzet: a Magyar Kamara Archivuma, Acta ecclesiastica (Q. 316.) fasc. 52. nr. 9. Kiadása: Szendrei János, 1890. 81. sz. A másolatot, amelyet egyébként sokkal inkább tarthatunk kivonatnak, már ő is „igen hibásnak és értelmetlennek” minősítette, mégpedig teljes joggal.

¹⁵ Ez a rész utólagos betoldás részben a sorok között, részben pedig a lap szélén.

¹⁶ A másolatot a MOL. 1497 és 1517 közé teszi. Az egykorú hátoldali feljegyzés szerint azonban biztosan későbbi, hiszen a császártól kéri az új adományt. Eszerint a XVI. század második fele jöhet csak szóba, amit egyébként az írásképe is megerősít.

18.

Nos Demetrius Sartor iudex, Mathias Kalmar, Petrus Kys, ceterique iurati veteris civitatis oppidi Myskolcz damus pro memoria universis, quibus expedit et singulis, quod providi Paulus Mathe, Benedictus similiter Mathe fratres pro se et personaliter vice et nominibus omnium cognatorum, videlicet etiam Benedicti scholastici et ceterorum suorum ab una, necnon honesta Elizabet, relicta condam Mathei Balas pro se personaliter, vice et nominibus omnium cognatorum similiter, et suae filiae Sophiae parte vero ab altera coram nobis constituti, per eosdem viva voce et relatum extitit eo modo, quod licet inter ipsos ratione condivisionis rerum hereditiarum litis et disceptationis materia exorta et diutius ventilata extitisset, tamen Deo volente et proborum virorum et amicorum ipsorum compositionibus et ordinationibus intervenientibus ipsi et eorum posteritates in perpetuae pacis tranquillitate quieverunt permanere, et ut omnes fomes invidiae et litis materia de me[dio] ipsorum radicatur et medioque reversurae [?] evellerant, ad pacis perpetuae duraturae unionem devenissent, ymmo devenirent coram nobis eo modo, quod Paulus et Benedictus Mathe dicti fratres quartam partem unius domus in theatro nostri oppidi secus fundum providi Laurentii Sarlay habitae et duas vineas, unam in promontorio Agazath in vicinitate relictae Benedicti Kazay et Anthonii, alteram similiter in monte Sancti Georgii et in vicinitate Gregorii Pellificis et Johannis Warga habitas, et etiam duo jugera, medium vas vini, unum bovem et unum cubulum frugum, demum et omnia clenodia praefatae dominae, quae a suo marito in eam fuerant devoluta, eidem dictae Elizabet et suis successoribus perpetuae et irrevocabiliter dedissent, tradidissent pure et simpliciter ac pacifice tenenda, possidenda, ymmo dederunt, tradiderunt coram nobis perpetuae habenda. E converso jamffata Elizabet unam domum hereditariam in possessione Gherenbel inter domos Nicolai Solom et Dionisii Heghedews habitam cum omnibus pertinentiis eiusdem in superficie habitis et similiter duas vineas in monte Lengelzo, unam in vicinitate Anthonii cuiusdam et relictae Petri Harmacy, alteram vero nomine Tapoczazeegh in vicinitate Mathe Gery et Stephani Sebewk habitas, et unum novale vulgo yrtovan in Lengelzo habitam [!] demum et omnia clenodia domus praefatae eisdem praefatis videlicet Paulo et Benedicto Mathe fratribus jure perpetuo dedisset, tradidisset tenendas, possidendas et irrevocabiliter, suis successoribus pariter et habendas, ymmo dedit, tradidisset [!] et coram nobis commisit, nullo penitus contradictore apparente, assumpseruntque nihilominus eadem partes mutuo invicem [praefatae]¹⁷ praetextu praefatae bonae et legitimae compositionis et ordinationis ab omnibus infestare volentibus semper et ubique expedire et defendere earum propriis laboribus et expensis, harum literarum nostrarum sigillo dicti oppidi roboratarum et emanatarum testimonio mediante. Datum in Myskolcz, in domo habitationis nostrae, anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo nono.

Eredeti, a szöveg alatt rányomott pecsét helye és tollpróba. A hátoldalon néhány szó tollpróba, valamint későbbi tartalmi összefoglalás és levéltári jelzetek (ad fasc. 45. UU. n-ro 1472. és Sub A 1-a fasc. I. no. 6.) Jelzete: MOL. Dl. 107 804. sz. Régi jelzet: Bristow gyűjtemény (Q. 418.) 1982. 1421.

¹⁷ A tévedésből ideírt szót törölte az írók a szövegből.

19.

Nos Demetrius Sartor iudex et Mathias Kalmar, Petrus Parvus iurati, ceterique cohospites veteris civitatis oppidi Miskolcz damus pro memoria universis, quibus incumbit, quod circumspecti et providi Gregorius Olaus ab una, necnon dictus Mathias Kalmar parte vero ex altera coram nobis personaliter constituti atque spontanea voluntate confessi sunt per hunc modum. Quomodo dictus Gregorius Olaus unam domum hereditariam in teatro et in vicinitatibus a parte orientali Anthonii Sythew, parte vero occidentali relictæ Elyzabet Laurentii condam Sarlay habitam et sitam florenis centum provido Mathiæ Kalmar eotunc iurato constituto vendidisset, contulisset et assignasset, ymo vendidit, contulit et assignavit cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis universis coram nobis jure perpetuo et irrevocabiler tenendam, possidendam, pariter et perpetuo in filios filiorum, heredes heredumque suorum, nullo penitus contradictore, habendam, apparente, quem quidem dictus Mathias Kalmar dictos florenos C dicto Gregorio Olaus persolvit plenarie. Atque nihilominus assumens idem Gregorius eundem Mathiam Kalmar ratione præacti fundi ab omnibus inquietare volentibus propriis laboribus et expensis expedire et supportare harum literarum nostrarum nostri oppidi sigilli roboratarum testimonio mediante. Datum in dicto oppido Miskolcz, in domo habitationis nostræ, in festo Purificationis Mariæ, anno Domini [millesimo quadringentesimo] nonagesimo nono.

A szöveg alatt rányomott pecsét helyével. A külfeten későbbi levéltárosi feljegyzés: N-o. 175. ad Raikiana. Jelzete: MOL. Dl. 102 286. sz. Régi jelzet: a Batthyány család levéltára, Miscellanea (Q. 358.)

20.

Nos Thomas Philep iudex oppidi Miskolcz, Ladislaus Fazokas, Matheus Borsws iurati censum exigentes, ceterique cives damus pro memoria, quod relictæ Thomæ Geedra [filia Emerici Kos]¹⁸ a parte una, ab alia vero parte Dyonisius Bak nostram accedentes in præsentiam, coramque nobis talem fecerunt fassionem, quod quod [!] domina Gedruda jam scripto Dionisio Bak vendidit unam extirpationem in Baboni Berch sitam, habitam vero in vicinitatibus extirpationis Omnium Sanctorum et extirpationis relictæ Blasii Golophi sex florenis [cum] medio, imo coram nobis vendidit et contulit eisdem florenis per ipsum Dionisium Bak plenarie solutis ab ipsaque domina Gedruda levatis, prædicta domina Gedruda promisit coram nobis eundem Dionisium Bak ab omnibus contradictoribus defendere et tueri suis propriis expensis, in pacificoque dominio servare, hanc considerari esse justam dispositionem seu literas super eandem dedimus, sigilloque nostri oppidi firmamus. Anno Domini millesimo quingentesimo primo.

Eredeti, több helyen erősen kikopott hártya, a szöveg alatt rányomott pecsét helyével. A hátoldalon későbbi levéltári jelzet: Ad fasc. 48. UU. no. 1474. és Sub A1. fasc. I. no. 10. Jelzete: MOL. Dl. 65 639. sz. Régi jelzet: Dóry család grófi ágának levéltára (Q. 222.) A1. fasc. I. nr. 10. Kiadása: Szendrei János, 1890. 83. sz.

¹⁸ Ez a kiegészítés utólagos betoldás a sor fölött és mellett.

21.

Nos Gregorius Olayos iudex veteris civitatis de Miskolcz, Blasius Bak et Ladislaus Fazekas iurati censum exigentes, ceterique cives de eadem memoriae commendamus, quibus expedit universis, quod circumspetus vir Mathias Institor noster concivis ex parte una, parte vero ab altera providi Paulus et Anthonius Arcupar nostram venientes in praesentiam, spontaneaque voluntate per eundem Mathiam Institorem propositum extitit pariter et relatum in hunc modum. Quomodo ipse quandam domum condam prouidi Thomae Desew sibi legatam, in vicinatatibus domorum a parte orientali deserti Galli presbiteri, plebani de Zolcza, a parte vero occidentali prope plateam Molomwca vocatam, quae tendit ad molendinum domini plebani de Miskolcz habitam et sitam praefatis Paulo et Anthonio Ywgyartha florenis XL vendidisset, dedisset et contulisset, ymmo coram nobis eisdem florenis quadraginta vendidit, dedit et contulit, in filios filiorum, heredes et ad omnes eorum posteritates jure perpetuo et irrevocabiliter tenendam, possidendam pariter et habendam, nullo penitus contradictore apparente, quibus florenis XL praedictis integre plenarieque persolutis ac coram nobis per eundem Mathiam Institorem levatis, dehinc praedictus Mathias Institor assumens, quod antelatos Paulum et Anthonium Arcupar contra quoslibet legitimos impetitores et molestare volentes propriis laboribus et expensis in pacifico dominio dictae domus proteget et conservabit. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam litteras nostras patentes sigillo nostrae civitatis consignatas et roboratas eisdem Paulo et Anthonio Arcupar duximus concedendas. Datum in praefata Miskolcz, die Dominico post festum Sancte Dorotheae virginis et martyris, anno Domini millesimo quingentesimo sexto.

Eredeti, a szöveg alatt rányomott pecsét töredékeivel. A hátoldalon XVIII. századi kivonatok, illetve levéltári jelzet: fasc. D. no. 65. reposita 48. Jelzete: MOL. Dl. 88 946. sz. Régi jelzet: Esterházy család hercegi ága, Repositorium (Q. 67.) 48. D. 65.

22.

Nos Georgius Wegh iudex, Nicolaus Idegesh, Johannes Mykos iurati cives ac universi hospites novae civitatis Myskolcz memoriae commendamus tenore praesentium significantes universis et singulis notitiam praesentium habituris, quomodo providus Benedictus Dobolczay protunc cohabitator veteris oppidi Myskolcz ab una parte, ex altera vero providus Mathews Mezarosh coram nobis constituti, per eundem Matheum spontanea voluntate propositum extitit pariter et relatum, quod pro quibusdam necessitatibus ad praesens eundem urgentibus evitandis quoddam praedium suum vulgo Thelekh in vico Kyz Kassha vocato et in vicinatatibus aedium a parte orientali Valentini Arnothi, parte vero occidentali Johannis Poczyk existens, omnia onera et gravamina quorumlibet in hac parte sibi condescenda super se assumens jam nominato Benedicto Dobolczay vendidisset et dedisset florenis II et orthone denariorum, immo vero coram nobis vendidit et assignavit sibi et per eundem heredibus, heredumque suorum successoribus jure perpetuo et irrevocabiliter pacifice tenendum, possidendum et habendum, qui quidem praenominatus Matheus Mezarosh memoratum Benedictum Dobolczay super solutionem dictorum

florenorum ab eodem Matheo sibi levatorum quietum et expeditum modis omnibus [...] ¹⁹ et reddidit. In cuius rei testimonium firmitatemque irrevocabilem praesentes nostras literas sigilli nostri impressione et caractere consignatas pariter et fulcitas eidem Benedicto Dobolczay duximus concedendas. Datum in nova civitate Myskolcz, feria secunda post Dominicam Septuagesimae, anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo primo.

A külzeten: Kis Kassai házban kit most is bírok. Papíron, a szöveg alatt rányomott pecsét nyomaival. Jelzete: MOL. Dl. 65 652. sz. Régi jelzet: a Dőry család grófi ágának levéltára (Q. 222.) A. fasc. 1. nr. 22. (azelőtt: fasc. 53. NB. nr. 1850.)

23.

Salutem et sinceri honoris affectus. Prudentes et circumspecti viri, amici nobis honorandi! Quoniam intelleximus eas differentias et causas inter providos Nicolaum Bothos et Gregorium Thalpas ut actores et inter circumspectum Stephanum Nyro ut in causam attractum ex probabili iudicis et sagacitate vestrarum dominationum ad hunc finem devenisse, quatinus quilibet eorum pro roborandis et comprobandis suorum intentionibus contra se se mutuo testes perducere deberent, nos itaque vestrarum dominationum voluntates in hac parte accepimus et praenominatis actoribus testes libere permisimus adducere. Quos et quemlibet eorum recepto primitus ab eisdem in praesentia actorum iuramento ad crucem fidei nostrae super dicenda veritate corporaliter praestito singillatim et secrete, juxta vim et formam juris ac tenorem interrogatorum diligenter interrogavimus et examinavimus. Quorum et examinationes, attestationesque sequuntur hoc modo.

Primus testis providus Johannes Choma rebus trassitoriis habundans, citatus et ad omnia interrogatus, non infamis, nec affinis, sed meram justitiam prae oculis habens, justam partem cupiens triumphare fassus est, quod audivisset et vidisset Judeos ad Stephanum Nyro et vectores vinorum jam emptorum ad rationem domini Koczka euntes et dicentes, quod nollent dare vina nisi pretia eorundem promptuarie solverentur. Quandoquidem dominus Koczka esset dominus nec juris requisitione si non solveret, contra eum Judei agere possent, ad ultimum Judei dixissent, quod si Nicolaus et Gregorius vellent esse fidejussores, extunc libere vina vellent dare. Qui esse re[cusa]bant fidejussores, sed Stephanus Nyro confirmanter dixit, quod ego volo et promitto vobis ad rationem meae domus et bonorum hereditari[or]um, quod si dominus Koczka omnimodam solutionem non fecerit, extunc ego satisfaciam de plenaria solutione. Cum haec dictis Nicolao et Gregorio praefatus Stephanus dixisset, ipsi eo modo fidejussoriam cautionem susceperunt.

Secundus testis Franciscus Choma eo modo justam partem triumphare cupiens fassus est, quod fuisset protunc unacum Stephano Nyro et aliis in domo providi Blasii Chontos cohabitatoris nostri, quo Judei venissent et dixissent, quod licet de pretiis vinorum jam X florenos levassent, nichilominus nollent vina dare, nisi plenarie solverentur praetia. Praeterea volebant esse fidejussores Nicolaum et [Gregor]ium, qui esse nolebant. Tandem Stephanus Nyro respondit ad Nicolaum et Gregorium: sitis, inquit, ad rationem meae humanitatis, domus et bonorum hereditariorum meorum fidejussores et ego promitto, quod

¹⁹ Kiszakadás miatt egy szó nem olvasható.

si dominus Koczka non solverit pretia vinorum, ego posteaque domum pervenerimus, plenarie solvam.

Tertius testis providus Blasius Chontos fassus, quod interfuisset protunc et eo modo audivisset, quod Stephanus Nyro ad rationem suae domus et bonorum suorum rogasset Nicolaum et Gregorium esse fidejussores, alioquin non fuissent.

4-tus testis honorabilis dominus Johannes presbiter coram vicearchidiacono citatus et advocatus, juratus conscientiose fassus est, quod interfuisset protunc et audivisset Stephanum Nyro dicentem ad Nicolaum et Gregorium: boni, inquit, homines, sitis fidejussores in hac parte, ex quo nolunt Judei dare vina, promitto ad rationem meae domus et rerum hereditiarum, quod si dominus Koczka non satisfecerit de pretiis vinorum, extunc ipse solvere vellet.

Quibus testibus interrogatis et dicta eorum fideliter conscriptis, vestris dominationibus eo modo conscripsimus, actoribus non revelanda ad vestras prudentes dominationibus misimus, rogantes, quatinus iam saepe memoratos Nicolaum et Gregorium cohabitatores nostros et jobagiones regiae majestatis indempnes esse non sina[...] alioquin deinceps ubi oportunum fuerit, nos providebimus, ne tales jobagiones in tali dam[pno] esse possent, vel arestationibus, ut alio quovis modo eisdem consulere studebimus. Dat[um] ex Myskowlch, in vigilia Purificationis, anno 1522.

Judex et jurati cives oppidi Myskowlcz.

Eredeti, kicsit rongált papíron, a hátoldalon zárópecsét nyomaival és címzéssel: Prudentibus et circumspectis magistro civium, ceterisque juratis civibus famosae civitatis Eperyesiensis, dominis ac amicis nobis plurime honorandis. Jelzet: MOL. Df. 229 673. sz. Régi jelzet: Eperjes szabad királyi város levéltára, Középkori gyűjtemény (U. 430.) 1072. szám.

24.

Nos Matheus Zabo judex, Johannes Poch ac ceteri jurati cives veteris oppidi Myskowlcz memoriae commendamus tenore praesentium quibus expedit universis et singulis significantes, quomodo providus Benedictus Dobolczai juratus civis noster in anno infrascripto ab una, parte vero ab altera honesta domina Catherina Abramhne coram nobis constituti, per eandem Catherinam spontanea voluntate expositum fuit pariter et relatam, quod ipsa ad praesens pro quibusdam necessitatibus eandem urgentibus evitandis quandam terram arabilem alias vulgo orthwan in loco Agozath vocato et in vicinatatibus ab oriente viae communis, superiori vero terrae arabilis eiusdem Benedicti sitam et adiacentem per cubulos tritici 1 ½ praefato Benedicto vendidisset et assignasset, immo vero coram nobis vendidit et assignavit sibi et per eum heredibus, heredumque suarum possessoribus [!] jure perpetuo pacifice tenendam, possidendam et habendam. In cuius rei memoriam, firmitatemque irrevocabilem praesentes literas nostras sigillo communitatis nostrae authentico munitas pariter suffulcitas eidem Benedicto duximus concedendas. Datum in dicta Myskowlcz, in festo Dorotheae virginis, anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo tertio.

A külfeten: Kis Agozat ortvanra, Benedicti Doboczai. Papíron, a szöveg alatt rányomott pecsét szép maradványával. Jelzete: MOL. Dl. 65 652. sz. Régi jelzet: a Dóry család grófi ágának levéltára (Q. 222.) A. fasc. 1. nr. 19. (azelőtt: fasc. 53. nr. 1835.)

25.

Prudentes ac circumspecti domini et amici nobis plurimum honorandi, post salutem et amicitiae nostrae fidelem commendationem. Rettulit nobis Franciscus organista, diligentissimus idemque honestissimus ecclesiae nostrae servitor, quemadmodum superioribus diebus ex deliberato consilio suo honestae dominae Getrudis Boppassyn, inhabitatricis civitatis vestrae filiam in sponsam suam legitimum honesto jure designare curasset. Nihilominus eadem domina Getrudis per homines parum integrae probitatis ac eorum suggestionibus mota et turbata, quod idem Franciscus non satis caute honorem suum deffendisset ac huius praetextu rei filiam suam sponsam sibi designatam ad consumendum matrimonium sibi dare recusaret. Supplicavit itaque prefatus Franciscus nobis, ut honori suo consuleremus. Per temporis rationem aliud consulere non potuimus, praeterquam vestras dominationes tamquam dominos et amicos nostros plurimum rogamus, dignentur et velint laborare, ne idem Franciscus in honore suo aliquam derogaminis occasionem patiat, quandoquidem non meretur, ut qui honesto officio iam a pluribus annis inter nos conversatus est, per pravorum hominum frivolae accusationes honori suo derogetur. Consulant vestrae dominationes prefatae dominae Getrudi, ne ipsa quoque eisdem accusationibus locum det, expectet diem et horam, ita literis tum nostris, tum etiam a patriae suae civibus sibi datis armatum in honore debito illac mittemus, tamquam talem integrae probitatis virum. Nichil nunc per praesentes literas nostras a vestris dominationibus optamus, praeterquam eidem dominae Getrudi consulere velint, ne rumoribus incertis locum dare velisset [!] Franciscum enim paratum inveniet etiam testibus fidedignis comprobare, qua ratione honori suo respondere possit. Bene valere vestras dominationes optamus, quibus nos et amicitias nostras plurimum commendamus. Datum ex Miskolcz, feria 4-ta post festum Sancti Marci ewangeliste, anno Domini 1525.

Earundem vestrarum dominationum amici

judex, ceterique cives
reginalis civitatis Miskolcz

Eredeti, a hátoldalon zárópecsét darabjaival, valamint címzéssel: Prudentibus ac circumspectis iudici, ceterisque dominis consulibus iuratis regiae civitatis Barthphensis, dominis ac amicis nobis honorandissimis. Jelzete: MOL. Dl. 218 337. sz. Régi jelzet: Bártfa város levéltára: Középkori gyűjtemény (U. 425.) 5404. sz.

